Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ad samuele: et dixit ei pater
nus suus suadens michi quid di
xerat tibi samuel et dixit saul
ad patruum suum. Indicauit nob
quia inuente essent asine. De sor
mone autem regni non indicauit
ei: quod locutus fuerat ei samu
el et conuocauit samuel populum
ad dominum in maspha: et ait ad
filios israhel. hec dicit dnus d
israhel ego eduxi isr' d' egypto
et eruui vos d' manu egyptiorum et
de manu omnium regnorum qui affli
gebant vos. Vos autem hodie pre
cisis dmm dem vestrum qui solus
saluabit vos d' omnibus malis
et tribulationibus vestris et dixistis
nequaquam. sed regem d' stitue
super nos. Nunc ergo state coram
dno per tribus vestras et per familias
et applicauit samuel omnes
tribus israhel: et ceciderit sors
super tribum benjamin. et applica
uit benjamin et cognationes eius
et ceciderit super cognationem metri et
peruenit usque ad saul filium cis et
inquisierunt ergo eum: et non est
inuentus illic et consuluerunt
post hec dmm: Vtrum ne ueniens
esset illuc. Respondit dnus ecce ab
scondit se domi. Cucurrerunt
itaque et tulerunt eum inde. stetit
que in medio populi: altior fuit
omni populo ab humero et
sursum et ait samuel ad omnem
plebem. Certe videtis quem elegit
dnus: quia non est similis illi in omni
populo. et clamauit omnis popu
lus et ait. Viuat rex. Locutus
est autem samuel ad plebem lege
regni: et scripsit in libro et tes
tuit coram dno et dimisit samu
el omnem populum singulos in do
mum suam. Sed et saul abiit in do
mum suam in gabaath Et abiit cum
eo pars exercitus. quorum tetigerat dnus corda. Filii uero
belial dixerunt Nunquid saluare
nos poterit iste et despexerunt
eum et non attulerunt ei munera. Ille uero dissimulabat se

Et factum est ut post menses
ascendit naas ammonites
et pugnare cepit aduersum ia
bes galaad. dixerunt que omnes
uiri iabes ad naas. Habe to nos
federatos: et seruiemus tibi. Et
respondit ad eos naas ammonites
In hoc ferit uobiscum fedus: ut
eruam omnem uestrum oculos dexte
os: ponamque uos in opprobrium
in omnem israel. Et dixerunt ad eum
seniores iabes concede nobis sep
tem dies ut mittamus nuncios
ad omnem finem israhel. et
si non fuerit qui defendat nos
egrediemur ad te. Venerunt
ergo nuncii in gabaad saulis et
locuti sunt uerba hec audiente
populo et leuauit omnis plebs
uocem suam et flebant Et ecce saul
ueniebat sequens boues de agros
et ait. Quid habet populus quod
ploret et narrauerunt ei ver
ba uirorum iabes et insiluit spi
ritus dei in saul cum audisset
uerba. et iratus est furor eius
nimis Et assumens duos bo
ues cecidit in frusta misitque
in omnes fines israhel per manum
nuntiorum dicens. Quicumque non ex
ierit et secutus fuerit saul et
samuel: sic fiet bobus eius Inuasit
ergo timor dei populum. et
egressi sunt quasi vir unus: et re
tulerunt eos in bezech. fuerunt que
filiorum israel trecenta milia: uiro